538 quibus inscripsit et inscribendo extendit extendique debebit.
Praeterea idem recognovit se cum successoribus in bonis suis praedictis
omnibusque praefatis Generoso Jacobo Orlowski et suis
posteris inscribit et obligat praesentem inscriptionem ex libris actis
Castrensibus ad acta terrestria Premisliensia ad extradendum omnibus
anni transportare. Et circa transportationem eiusdem inscriptionis
Generosam Annam consortem suam legitimam cum duobus suis amicis
de linea propria proximioribus ad consentiendum per eandem
inscriptionem praesentem quoad omnia iura ipsius reformationis
et advitalitia ac alia quaevis tam in bonis dictis ma-
riti sui quolibet modo concernentia spectat ad eadem acta
terrestria Premisliensia personaliter statuere sub vadio tre-
centorum viginti quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis
ad solvendum in casu non completionis promissorum succumben-
Pro quibus quidem summis obligationi cum vadio in vadio
sese repetiis exequationisque et cum successoribus quibus se idem
Generosus Stanislaus Wybranowski cum suis posteris Generoso
Jacobo Orlowski et eius posteris citare permisit. Re-
nunciando palatinatibus terrestribus iuri ac foro suis quibus-
cumque propriis zeczeczu coram officio praesenti Castrensi Premi-
sliensi et iudicio Confoederatorio sub tempore interregni
laudat et laudandum quibus tractu praesentis respectu suc-
cessoribus ac bonis suis omnibusque praefatis superscriptis
ultro subiicit, semper in primo citationis termino tam-
quam peremptorio, citare iuri parere, respondere et pro li-
tate omnibus et inscriptioni praesenti toties quoties opus fuerit sa-
tisfacere cum successoribus tenebitur tunc tamen primi et alios
consequentes nullare exquisita et colore excogitato in actionis
peri aeternae vel simplici infirmitatis bello expeditionis bel-
lica incursu hostium aura pestifera comitiorum generali et particu-
lari absentia a regno interregni negotio et servitio quovis sacrae maiestatis
Regiae Reipublicae ac militari necnon evasione praescriptione fatalibus iure
subsidio praemissis primum et tertium marcarum vadia-

cionem ad quietationem muniminis quietandum ac legalibus qui-
busvis impedimentis et dilationibus differentiis et evasionibus iuris se
cum successoribus praemissis aliisque omnibus iuris remediis abrenun-
ciando, hic et suos successores sub amissione totius
causae vel luitione vadii seu vadiorum, et eo 539
quod soluti etiamque praesenti inscriptioni et eius contentis toties
quoties opus fuerit satisfacere cum successoribus tenebitur
nulla in praemissis terrae praescriptione silentio iurium obstante.

Raczkowski quietat Plaza Capitaneum et Ligowski vicecapitaneum Lubaczoviensem.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Pre-
misliensibus Nobilis Alexander Raczkowski sanus
corpore animoque bene deliberato existens, ratione omnibus
iuribus iurisdictionibus pallatinatibus et terrestribus quibus-
cumque foroque suo competenti obmisso, iuri vero et iurisdicti-
oni Castrensi Premisliensi se cum successoribus quo ad
infrascripta attinet incorporans palam et sponte non
compulsus neque coactus verbis dilectis recognovit.
Quia cum nuper praeterito tempore existens famulus manda-
to Generosi Joannis Plaza de Mstyczow Capitanei Lu-
baczoviensis, manens in Lubaczow arceque ibidemque
existens in absentia praefati domini sui querelam sicca sibi
minime pertinentia perpetraverit hoc est veniens in arcem
ebrius gladium eundem vibraverit, et eo custodes
quinque stantes ad turrim ubi maleficii incarcerati
detinebantur vi et violenter vulneraverit non solumque
eos custodes, sed et multos cives Lubaczovien-
ses quorum petitionibus lesi consules facti in actis apparent,
Hocque non contentus nec dignas admonitiones No-
bilis Jacobi Ligowski vicecapitanei Lubaczoviensis con-

familiari suo aliquo animo susceperat Etiam et alio tempore
idem quoque ebrius veniens ad proprium habitaculum
praefati Jacobi Ligowski Vicecapitanei in eum irruerit, pla-
gis vibrato et vulnerandi eum sibi minaverat, in
adeo qui unus tantum in eo disporancto fuit, praeveniente
ab eo qui vivus tantum in eo disporancto fuit praedicte
tur et manibus detineretur. Ex quo facinore cum ex
acclamatione praefati Vicecapitanei famuli accurrerent
et eruerent ea sua tanta facinora ab eo ebrioso pa-
trata, fuit ab eis in disporancto quoque occlusus et sic
incarceratus. Itaque recognoscens ea se minus iuste
egisse et passa dignum perpetrasse prout et ipse recognoscit.
Quia pro ea in nominatam detentionem et incarcerationem
si incarceratio iusta nominari potest, et pro dicta violentia
quae sibi tamen sine ulla violentia in detentione digne
evenit, tam Generosum Joannem Plaza Capitaneum Luba-
czoviensem dominum suum et eo tempore violantiae et detentionis
adhuc a Lubaczow absentem quam et praefatum nobilem
Jacobum Ligowski Vicecapitaneum confamularem suum ac
eorum posteros, nec non et omnes eorum famulos qui quidem
cum praefato Vicecapitaneo eum de facto detinentes associ-
averint liberos mittit et de facto totaliter quietat
perpetuis et aeternis temporibus, silentiumque sibi et suis
posteris vim commissionis omnium, ne sibi postea aliqua
facultas iuris pro ea detentione et incarceratione cum quo
competenti agendi remaneat, imponit. Quod memoria-
li firmatum est.

Ulinski obligat Droboiowski.

Ex Copia

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus
Premisliensibus Generosus Petrus Ulinskij villarum Czaszin et Brzo-
zowiecz in terra Sanocensi consistentium haeres. Recognoscens a terris

pallatibus et ceteris juribus et jurisdictionibus suis quibusvis pro-
priis foroque competenti quoniam, praesenti vero jurisdictioni Castrensi Pre-
misliensi se cum bonis omnibus suis et obligavit mo-
bilibus et immobilibus habitis et habendis ac successoribus suis ple-
narie ac in toto quo ad actum praesentem attinet incorporavit ad re-
spondendumque subiiciens mente et corpore sanus existens parte libere et
per expressum vivoque vocis oraculo recognovit. Quia bona sua
praefata haereditaria videlicet totas et integras villas Czaszyn et Brzo-
zowiecz in terra Sanocensi consistentes una cum sculteria
inibi fundata nec non cum omnibus et singulis bonorum eorundem
seu villarum curiis, praediis, cmethonibus, hortulanis, inquili-
nis, poponibus, tabernis, molendinis, piscinis, stagnis, lacubus
fluviis, agris, pratis, sylvis, mericis, nemoribus, campis
in haereditate bonorum praefatorum existentibus et eisque ab antiquo ad-
iacentibus, nec non cum omnibus et singulis bonorum eorundem seu vil-
larum utilitatibus, proventibus, redditibus, commodis censibus
laboribus, dationibus, obventionibus quibusvis attinentiis et
pertinentiis universis quibuscumque consuetis nominibus et cogno-
minibus ad dicta bona generaliter integre ab antiquo spectantibus
et ex eisque provenientibus, nullis penitus exceptis, ita lati longe
et circumferentialiter prout bona praefata se se in suis metis et li-
mitibus extendunt et prout ab aliis haereditatibus contiguis
ab antiquo sunt distincta et separata prout etiam eadem
bona ipse solus Ulinskij tenuit, habuit et possidebat te-
neretque haberet et possidere deberet nihil omnino in eisque
bonis seu villis pro se suisque successoribus iuris dominii pro-
prietatis ac quorumvis usufructum reservans seu excipiens ge-
nerali vero cum omni iure dominio et proprietate omnibus in
... et omnibus in se comprehensis, Generoso Jo-
anni Drohoiowski a Drohoiow filio olim Magnifici
Stanislai Drohoiowski a Drohoiow Castellani Premi-
sliensi eiusque legitimis successoribus de facto in summa trium